OBSERVAT. VI.

PRo Infante quadrienni: Rhab. El. corallina. a. ℈j. ſem. ſanton. ℈ß. f. p. cum lacte exh. Copia vermium propulſata.

OBSERVAT. VII.

FIliolæ quinquenni Dn. J Arnoldi Theologi Moravi apud nos exulantis, de ventris moleſtiâ conquerenti, præſcripſi paſſul. ma. laxat. Auguſtan. ℥ß. vel ℥v. cum cochl. 2. brod. earum. vermes oblongi excluſi. Idem in multis aliis à me obſervatum.

De fluxu Alui.

OBSERVAT. I.

VXor Dn. M. Petri Huberi, Eccleſiaſtæ Ulm. in ſummo templo diarrhæâ aquoſâ moleſtata, cum admiratione aliquot menſuræ excretæ, conjectura tantam copiam contentam in locis *meſenterii, & per affluxum* à toto venoſo genere, prodiiſſe.

℞. Rhab. ℈ij. ſyr. roſ. ſol. ℥ß. aq. cich. ℥j. M.

Pro ventre inung.

℞. Ol. maſt. ment. *abſint.* a. ʒiij. *Nuſ. muſ. expreſſ.* ℈j. *M.*

℞. *Syr.* corall. Granat. Miv. cyd. a. ℥j. M. cum dec. ſem. cor. præp.

Optimè contulerunt.

OBSERVAT. II.

UXor Dn. Jacobi Schielini, Pharmacopæi Ulm. in puerperio vomitu & diarrhæâ bilioſâ, cum lipothymiâ crebriore, graviter decumbens, ut maritus lachrymarum plenus me obteſtatus, quò ſubvenirem pro viribus humanis, cum res in ancipiti.

Ilicò obtuli Bezo. ori. gr. vi. cum ℥j. aq. meliſſ. & remiſſiora ſymptomata. Cum deſideraret potum ob ſitim ingentem.

℞. Syr. granat. Mivæ cydon. an. ℥iß. M. cum aq. font. contemper.

Et refocillata.

OBSERVAT. III.

DN. Epiſcopus Mercator Ulm. cum Uxore lienteria gravi laborantes ambo brevî liberati. Rhab. pul. ℈ij. cum vino abſ. exh.

OBSER-

OBSERVAT. IV.

FIlia Catharina, Dn. Henrici Schwartz/ Archigramm. Ulm. à diarrhæâ moleſtâ immunis reddita.

℞. Rhab. el. ℈ij. ſyr. roſ. ſol. ℥ß. aq. cichor. ʒiß. M.

OBSERVAT. V.

IN utriusque ſexus perſonis fluxu dyſenterico ſanguineo laborantibus, ſæpius depræhendi uſum hujus pul. valdè proficuum.

℞. Tro. de carab. de ſpod. a. ʒij. ſem. plantag. ℈iiij. f. p. ʒj. cum ovo ſorbili exhib.

Cum præſentaneo juvamento.

OBSERVAT. VI.

FOemina primaria Ulm. diarrhæâ gravi cum magnis torminibus infeſtata.

Exh. ℥2. ol. amyg. de rec. cum juſc. Gall.

Ilicò reſtituta.

OBSERVAT. VII.

VIrgo quædam ex hypercatharſi cum torminibus.

℞. Boli arm. præp. ℈j. ter. ſigil. ℈ß. ſyr. corall. ʒß. è ſuc. pap. errat. ʒij. aq. plant. ℥2. M.

Pro potu:

Dec. ſem. cori. præp. cum ſyr. ♃. ſyr. myrtil. ℥2. corall. granat. a. ℥j. M.

Cum ſubitaneo levamine.

OBSERVAT. VIII.

Narcotica in dyſenteriâ eſſe Necrotica illuſtri exemplo oſtenditur.

CUm Illuſtris quidam comes Tubingæ ex dyſenteriâ decumberet, ſpretis ac neglectis Medicis ordinariis, primo uſus conſilio & operâ, cujusdam Doctoris Juris, ſed Medicaſtri & ob Alchymiæ peritiam, in ore vulgi, ingeſtis aliquot granis laudani opiati, in lethalia incidit ſymptomata, cum de vitâ periclitatus & jam itertere cæpiſſet, Advocatus D. Möglinus Senior, qui pro ſuo poſſe ac noſſe, pugnabat contra vim morbi, & magis intentus ad infrigendam opiati qualitatem narcoticam, ſed irrito conatu, quin Comes ille Morti avocanti, ſe Comitem adjungere, & in cymbam charontis deſcendere, ſit coactus.

Etſi opiata dolorem mitigare & ventrem aliquandiu firmare videantur,

tur, tamen excrementa diutius retenta & accumulata, majori poſt copiâ rejiciuntur. Exin Thomas Minadous, Medicus & Profeſſor Italus, ſe obſervaſſe aſſerit, omnes dyſentericos, quibus ex conſilio Medicorum laudanum opiatum oblatum, defunctos: poſt eorum uſum, ulcera magis putrida & ſordidiora reddita, ex longiori morâ materiæ purulentæ, & acriorum humorum. Iſtud admonitorium maneat altâ mente repoſtum, pro cautelâ.

OBSERVAT. IX.

De fluxu colliquefactivo.

CUidam Viro primario ex febre hectica decumbenti, cum fluxus colliquefactivus ſuperveniſſet, gut. 6. Tinct. corall. cum juſc. Galli. exhibitæ, luculentum attulêre adjumentum.

OBSERVAT. X.

De dyſenteria epidemiali, ejus cauſis & præſervandi modo diſſertatio.

DYſenteria noſtra in urbe graviter graſſante & complures depopulante, quæſtio propoſita, unde originem traxerit, & qua ratione præſervanda corpora.

Hippocrates lib. 3. aph. 1. tradit: Mutationes temporum potiſſimum pariunt morbos, & in temporibus magnæ mutationes aut frigoris, aut caloris. Quæ γνώμη ſeu ſententia ad præſentem apud nos divagantem dyſenteriam appoſitè accommodari & applicari poteſt. Cum dyſenteria nihil aliud ſit, quàm exulceratio inteſtinorum craſſiorum, vel gracilium, concitata ab humoribus bilioſis & pituitoſis ſalſis, haud ſine putredine ac corruptela, acri ſua ac corrodente qualitate, inteſtinorum tunicas exedentibus, continui ſolutionem cauſantibus, & oſcula venarum reſerantibus, exin ſuccedit materia purulenta & cruenta, à Natura nihil impuri patiente, ope facultatis expultricis, per ſeceſſum rejecta. 2. Ad generationem autem prædictorum vitioſorum humorum, haud levem occaſionem ſubminiſtravit, vitioſa aëris conſtitutio. Siquidem præcedens æſtas devergebat ad ſat calidam & ſiccam dyſcraſiam, exin multi bilioſi humores geniti & collecti: illi ſucceſſit autumnus frigidus & humidus ac pluvioſus diu talis perſeverans, ad putredinem ac corruptionem humorum commodam anſam

præſens

præbens, non tantùm ſua humiditate, ſed & cum pori ac meatus cutis, per circumſtans frigus conſtipati, ut excrementa fuliginoſa, ob prohibitã eventationem, expirare nequierint. 3. His accedunt eſculenta & potulenta è terra naſcentia, itidem ab incommodo ſiderum & aëris diſpoſitione, inquinata, per nebulas & pluvias inſalubres infecta, ad procreationem corruptorum humorum, admodum habilia. 4. Dyſenteria illa haud eſt expers malignitatis, per contagium etiam alios corripiens & inficiens, etſi haud magnus in victûs ratione committatur exceſſus. Hiſce præmiſſis, *cum requiratur præſervandi modus, is conſiſtit in ſequentibus præcipuis fulcris.* Interdum corpus erit purgandum & mundificandum à cholericis & phlegmaticis ſalſuginoſis humoribus, τὸ αἴτιον illud cauſantibus. Qualia autem evacuantia uſurpanda, in ſpecie haud commodè poteſt deſignari, cum magna ſit complexionum diſcrepantia, ut conſultius videatur, Patientes ad Medicos remittere, ad remedia ordinanda, pro cujusque Naturæ conditione, accommodata. Non minus ſubſequentia æſtimanda admodum proficua. Si conjectura bilioſos exorbitare humores:

℞. Rhab. El. ℈ij. Rad. Jalap. ℈j. vel ʒß. crem. Tart. ℈ß. f. p. exh. in juſc. piſ. vel vino.

Si in forma potionis:

℞. Rhab. El. ℈ij. R. Jal. ℈j. crem. Tart. ℈ß. ſyr. roſ. ſol. aurei. ʒx. diſſ. cum aq. cich. q. ß.

Si in forma Boli:

℞. El. de Tamarind. cum fol. ſen. ʒiij. vel in hujus defectu. Elect. lenit. magiſter. R. Jalap. gr. 13. f. B.

Si magis arrideret forma pil. poteſt ſingulis menſibus aſſumi. ℈j. pil. Roſ. Aquap. ab omnigenis morbis præcavendi proficuas de quibus author ipſe gloriari ſolitus: Qui cupit vivere annos Noæ, utatur pilulis meis de Aloë. Pil. de Angel. Francof. etiam multum conferrent, hebdomadatim, *vel ſpacio 14. dierum ſemel 9.* accipiendo cum vino hora 1. ante cænam. Si phlegmatici redundẽt humores, prærogativam habere videtur, Rad. Mechioc. albæ. à ℈ij. ad ʒj. crem. Tart. ℈ß. f. p. cum juſc. piſ. vel vino Neccarino, ſed melius cum pucino, is modus olim erat familiaris Ferdinando I. Imp. qui alia medicamenta averſando illud accepit animo libenti, cum expers omnis alienæ qualitatis, nec odore ingrato cerebro infeſtum, nec ſapore palato adverſum. Conducerent etiam pil. Marocoſt. D. Mindereri, ℈j. ante cœnam offer. cum *pulte prunorum.* Cum dyſenteria *illa haud* careat malignitate, ut per contagium etiam alios inficiat, Præcautionis loco, ſequentia plurimum conferrent.

℞. Conſ. Roſ. ſylv. ʒiß. conſ. bor.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134749-p0185-0

anth. an. ℥ß. ſpec. de hyac. ℈ij. pulv. rub. Pannon. ℈iiß. ol. ſtill. citri. Nuc. muſc. a. g. 3. cum ſyr. corall. & d. cort. citri f. El. quotidie bis Nuc. muſc. mag. ſum.

Si magis placeret forma Rotul.

℞. Sp. de hyac. ℈iiß. ſp. Liber. Fer. pul. rub. Pannon. an. ℈ij. Extr. R. Zedoar. ℈j. ol. ſtill. Nuc. muſc. g. 6. ſac. fini in aq. roſ. & ceraſ. nig. diſſ. ℥4. f. conf. in Rot.

Pro plebeis hic pulvis præp.

℞. R. Zedoar. ℈4. R. tormentil. angel. Enul. an. ʒß. flaved. cort. citri. ℈j. ol. ſtill. Nuc. muſc. g. 4. ſacch. fini. ʒiij. f. p. manè & veſperi p. 1. vel 2. exh.

Ad aëris intemperiem frigidam & humidam corrigendam, *conclavia manè & veſperi ſuffiganda cum* lig. & bac. Juniper. maſt. Thure & ſuccino albo.

℞. Lign. Junip. ℥iß. bac. Juniper. ℥vi. maſt. ſucci. thur. al. a. ℈ij. benzo. ℥ß. f. p. groſſus pro ſuff.

Quin & illud probè obſervandū, ne ægrorum excreta, in loca ſecreta ſanorum conjiciantur & per contagium inficiantur.

Sed omnium maxima, ad iſtud malum præcavendum, eò erit dirigenda, ut obſervetur conveniens in cibo ac potu diæta. Medicamenta ſolitaria haud æſtimanda ſufficientia, nî accedat accommodata victus ratio, oleum & operam perdimus. Oportet iſta duo mutua ſubſidia præſtare, ſi optatus ſperandus effectus, plus ſpei locandum, in laudabili diæta, quam operoſa pharmacorum farragine.

Potus ſit Vinum Neccarinum & in prandio cócedendus primus hauſtus vini abſinth. ſalv. Enulæ. In Vini defectu admittendus uſus cereviſiæ limpidæ ac benè defæcatæ, in dolio ſuſpenſo nodulo ex pul. zingib. alb. Nuc. muſc. & cinnamo. rerum egeni contenti ſint bacc. lauri & rad. Enulæ.

Quin & locum habere poteſt aqua, in cujus menſura una & dimidia decoq. ſem. cori. præp. ʒij. liquir. raſ. mund. ʒiij. cinnam. a. ʒij. ebull. in vaſe clauſo vitreato, eſt ſuaviſſima. *Cibaria uſurpanda facilis digeſtionis & laudabilis ſucci*, ad ſanguinem probum generandum, prout ex genere carnoſo, eſt caro bovina junior, vitulina, hædina, agnina, Gallinæ juvenculæ, pulli, capones, aviculæ nemoroſæ. Ex piſcium claſſe conveniunt lucii, carpiones, trutæ, aſchiæ, funduli, & etiam piſces aſſi, pro condiendis cibis moderatus ſit aromatum uſus. Probanda ova recentia, hordeum minutum, oryza, panatella cum juſc. Galli. vel carnis laudabilis, decocta. Pyra cocta & ſemi. aniſi conſperſa, cydon. cum ſac. elixa. Pro acetario, ex cichor. lact. End. aſparago & hortenſi. Nec improbanda paſtilia facta ex ovis & farina puriore ſeu polline.

E con-

E contrario devitanda eſculenta durioris concoctionis & pravi ſucci, ac facilis corruptionis. Prout eſt caro bovina, vaccina, ſale nimio condita, aut fumo indurata, ſuilla, anates, anſeres & aliæ aves aquaticæ. Rejiciendæ nuces avellanæ & abſtinendum ab omnis generis pomis crudis. Intermittenda etiam ea, quæ acria & maſſam ſanguineam inflammant, ut raphanus, cæpa, allium, ſinapi, nimia aromatum conditura. Qui iſtum præſervandi modum obſerva verit, indubium, quin ad calendas Græcas usque à bellua illa dyſenterica immunis relinquendus.

De affectibus Renum.

OBSERVAT. I.

De nephritide.

CUm Uxor Dn. D. Moſis Heldii, Medici Ulm. *nephriticis doloribus ingentibus diſcruciata* vomitu in copiâ rejecti humores bilioſi & pituitoſi. Primò clyſma apl.

℞. R. alth. ℥ß. herb. malv. alth. pariet. a. m. j. pedis columb. m. ß. chamo. melil. a. m. ß. ſem. aniſ. fænic. carvi. a. ʒij. lini. ʒiij. dec. ad med. In col. ℥x. diſ. El. diacath. ℥j. Hier. 5. Gal. bened. lax. a. ʒij. tereb. vino lotæ & diſſ. in vit. ov:. ʒß. mell. anthoſ. ℥j. ol. amyg. d. ℥2. chamo. ℥j. ſal. parum. f. cl.

Uſa etiam inſeſſu ex dec. chamo, melil. pariet. malv. Ol. amyg. d. cum juſc. exh.

Sed hoc plurimum contulit.

℞. Tart. vitr. ℈ij. ſac. candi al. ʒj. f. p. cum juſc. macro Gall.

Intra 2. horas calculus diſſolutus proceſſit & dolor conquievit.

OBSERVAT. II.

EAdem illa Fæmina alio tempore itidem doloribus nephriticis exagitata, & præmiſſo clyſtere & inſeſſu, nihil profectum.

℞. Oc. cancr. præp. ſuc. al. præp. a. ʒß. tart. vitr. ℈ß. f. p. exh. cum aq. raph. & fab. a. ℥iß. M.

Sed ſine levamine.

Tandem cæteris in caſſum adhibitis.

℞. Spir. Juniperi. ℥j. aq. contra calc. Fuchſ. ʒß. ſac. cand. al. ʒij. M.

Intra horam, tres lapilli majuſculi, magno cum impetu rejecti, procedente urinâ ruffâ inſtar lixivii.